



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Censurae, Et Casus, Qui aliquando Summo Pontifici, aliquando Episcopis  
reservati sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

- Boia. XXII. in extrauag. cap. Super gentes. Leo X. Sess. 10. in Concil. Lateran. & in Indice lib. prohib. regul. xi.
- 49 Qui impediunt Legatos, Nunciosve Apostolicos, ne recipiantur, neque ea faciant, quorum causa missi sunt.
- 50 Qui librum, aut quamcunque scripturam imprimunt, imprimiue curant, nisi prius in vrbe per Vicarium, & sacri palatii magistrum; in aliis vero dioccesibus ab Episcopo, aliove perito homine quem is delegerit, & ab Inquisitore, liber, scripturave comprobata sit.
- Leo X. in Concil. Pius III. Episcopalis
- 51 Qui predicando aut disputando impugnet Montes pietatis.
- 52 Qui gymnasiolorum rectores, aut alii facultate doctorandi habentes, ad cathedras, uel ad gradus aliquos promoueri patiuntur, non facta fidei professione.

Ex Concilio Tridentino.

- Sess. 24. c. 6. de reforma. matrimo.
- 53 Quicumque mulierem rapuerit: qui item consilium, auxilium, vel fauorem praeberit.
- Ibid. cap. 9.
- 54 Quicumque quouis modo, tam virum, quam mulierem cogit, quominus libere matrimonium contrahat.
- Sess. 25. c. 1. De regular.
- 55 Quicumque Magistratus ab Episcopo requisitus, brachii secularis auxilium non praeberit, ut clausura monialium conseruetur, & ubi violata est, restituatur.
- Sess. 25. c. 5. De regular.
- 56 Quicumque sine Episcopi, aut superioris facultate scripta, intra septa monasterii monialium ingressus fuerit.
- Sess. 25. De regularib.
- 57 Quicumque, virginem aliquam, vel viduam, vel aliam mulierem, monasterium ingredi, vel habitum cuiusuis religionis suscipere, uel professionem emittere coegerit.
- Ibidem.
- 58 Quicumque item consilium, auxilium, vel fauorem dederit.
- Ibidem.
- 59 Quicumque etiam illius mulieris repugnantiam sciens, quoquo modo eidem actui praesentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerit.
- Ibidem.
- 60 Quicumque praeterea illius voluntatem, uel accipiendi, uel voti emittendi, quoquo modo sine iusta causa impedit.

CENSURAE, ET CASVS,

Qui aliquando Summo Pontifici, aliquando Episcopis reseruati sunt.

- 61 Inquisitores, & commissarij eorum, vel Episcoporum, siue capituli sede vacante, qui pecuniam modis illicitis extorserint, aut scienter Ecclesiae bona fisco, etiam Ecclesiae, ob delictum clerici adiudicare tentarint. Hic casus ante satisfactionem Papae absolutioni reseruatur, post satisfactionem Episcoporum absolutioni.
- 62 Qui effringunt, & spoliant loca sacra: incendiarij item. Hi casus ante denunciationem Episcopales, post denunciationem vero Papales.
- 63 Quicumque licentiam alicui dederit occidendi, aut capiendi eum, qui excommunicationis sententiam tulerit contra Reges, Principes, nobiles, eorumve ministros: aut eiusdem bonam, suosque offendendi; & illos item, quorum occasione talis sententia lata est. Hic si duorum mensium spatio respuerit, eius absolutio Episcopo; si minus, Papae reseruatur.
- 64 Qui anno Iubilei, facta ex literis Pontificijs omnium indulgentiarum suspensione, indulgentias plenarias proposuerit, euulgarit, praedicarit.
- 65 Quicumque aliquem qui ad ecclesiam confugerit, facultate ab Episcopo non impetrata ab ipsa ecclesia coeraxerit.

Clomen. Woletes. de heretic.

cap. Coque-ri, &c. uanos de sen. excommu.

cap. Quibus que, de sent. excom. in 6.

cap. Definit 17 q 4

CASVS, ET CENSURAE,

Ex Concilijs Prouincialibus, & Diocesanis notis.

- 66 Raptores virginum.
- 67 Qui moniales violarint.
- 68 Qui abortum procurarint.
- 69 Qui in secundo, vel propinquiori cognationis gradu incestum admiserint.
- 70 Incendiarij, & qui damni iniuriae uel causa, uites, vel arbores alicuias incidierint.
- 71 Ecclesiam polluentes.
- 72 Homicidae uoluntarij.
- 73 Qui parentes percusserint.
- 74 Qui locis pijs infantes exposuerint.

Concil. r. tit. quae pccat. ad sacra pccat.

cum